mea diſpoſitio potuiſſz. eſſent profecto et ſi eaſdē ſentencias habētes multo tū enodatiores atz planiores quantū rerū tantaꝝ explicādaꝝ difficultas et facultas nr̄a pateretur. Sūt aūt qui primos quatuor vel potius. v. etiā ſine probemijs habent. et duodecimū ſine extrema parte non parua. Sed ſi eis hec editio potuerit innoteſcere. omnia ſi voluerint emendabūt. Peto ſane ut hanc epiſtolam ſeorſum quidā. ſed tamen ad caput eorundem libroꝝ iubeas anteponi Vale.

Incipiunt capitula libri primi de trinitate.

De triplici cauſa erroris. falſa de deo opinantium.

Ordo diſputandi de trinitate diuina.

De diuerſo iuditio legentiū et capacitate diſſimili.

Que eſſe ꝓpria diuine trinitatis ſenſerint catholici tractatores.

De queſtionibus quibus mouentur de trinitate querentes.

De vnitate patris et filij et ſpirit9 ſancti qui ſunt vnus et ſolus et verus deus.

Q; vnigenitus dei filius ꝓpter formam ſerui minor patre dicatur qui in forma dei equalis eſt patri.

De ſubiectōe qua filius ſubiciend9 ē pr̄i.

Q; vtile credentibus fuerit ut ad patrē in forma ſerui criſtus aſcenderet.

Quomō traditur9 ſit regnū fili9 patri.

Qua diſcretione intelligendū ſit nunc equalis patri filius. nunc aūt minor.

Qua ratione filius neſcire dicatur diez et horam quam ſcit pater.

De vnitate perſone filij dei et filij hominis ſiue in gloria ſiue in humilitate.

de triplici cauſa erroris falſa de deo opinātium

Aurelij auguſtini epiſcopi de trinitate liber primus incipit. Ca. 1 p'mum

Ecturus hec que de trinitate diſſerim9. prius oportet ut nouerit ſtilum nr̄z aduerſus eorum vigilare calumnias. qui fidei cōtemnentes initium in maturo et ꝑuerſo rationis amore fallūtur. quoꝝ nōnulli ea que de corporalibus rebus ſiue per ſenſus corporeos experta notauerunt. ſiue que natura humani ingenij et diligentie viuacitate vel artis adiutorio ꝑceperunt. ad res incorporeas et ſpiritales transferre conantur. ut ex illis illa metiri atz opinari velint. Sunt quidā alij qui ſcdm humani animi naturā vel affectum de deo ſentiunt ſi quid ſentiunt. et ex hoc errore cum de deo diſputant. ſermoni ſuo diſtortas et falſas regulas fingunt. Eſt item aliud hominū genus eorum qui vniuerſam quidē creaturam que profecto mutabilis eſt. nituntur tranſcendere ut ad incōmutabilem ſubſtantiam que deus eſt erigant intentionem. ſed mortalitatis onere ꝑgrauati. cum et videri volūt. ſcire qđ neſciunt. et qđ volunt. ſcire nō poſſunt. Preſumptiones opinionū ſuarum audatius affirmando intercludūt ſibimet intelligentie vias magis eligentes ſententiam ſuam non corrigunt viam ſuam peruerſam. q; imitare defenſam. Et hic quidē omniū morbus eſt trium generum que ꝓpoſui. et eoꝝ ſcz que ꝓpoſui qui ſcdm corpus de deo ſapiunt. et eoꝝ que ſecūdum ſpiritalem creaturam ſicuti eſt anima. et eoꝝ qui neqz ſcdm corpus neqz ſcdm ſpiritalem creaturam. et tamē de deo falſa exiſtimant eo remotiores a vero. quo id qđ ſapiunt nec in corpore reperitur. nec in facto. et nec condito ſpiritu. nec in ipo creatore. Qui enī opinatur deum. verbi gratia candidū vel rutilum. fallitur. ſed tamen hec inueniuntur in corpore. Rurſus qui opinatur deum nunc obliuiſcentem. nunc recordantem vel ſi quid huiuſmodi eſt. in errore eſt. ſed tamē hec inueniuntur in aīo. Qui autem putant eius eſſe potencie deum. ut ſeipm ipe genuerit. eo plus errāt. qđ non ſolum deus ita non eſt. ſed nec ſpiritalis nec corporalis creatura Nulla enī

BIBL. UNIV. WROCŁ.
BIBL. UNIV.
XV. F. 13,1